

Non tam praeclarum est
scire Latine,
quam turpe nescire.
Cicero, Brut. 140

ВВЕДЕНИЕ

INTRODUCTIO

AD LECTORES — MAGISTROS AC DISCIPULOS

Эта Хрестоматия не совсем обычная. Она дает образцы латинского языка на протяжении ВСЕЙ его истории вплоть до попыток писать на латыни в наши дни.

Прежде всего читатели получают возможность познакомиться с оригинальными произведениями античных латинских авторов — поэтов и прозаиков, комедиографов и историков, географов и юристов, медиков и лингвистов. Здесь же дается антология римских надписей, раскрывающих повседневную жизнь римлян.

Следующий раздел содержит фрагменты из Священного писания, которые представляют ключевые моменты ветхо- и новозаветной истории. Здесь же приводятся тексты основных молитв католического богослужения — *Pater noster*, *Ave Maria*, *Requiem* и др. Затем следуют тексты средних веков и Возрождения в своих самых известных и интересных фрагментах, включая знаменитые песни вагантов, сочинения историков и письма гуманистов...

Отдельный раздел посвящен латинским описаниям Руси и Московии, составленным западноевропейскими путешественниками, дипломатами, историками и писателями. Эти описания имеют большую ценность как исторический источник по отечественной истории и могут использоваться для подготовки к урокам и докладам по истории России.

Далее публикуются избранные страницы всемирно известного труда Яна Амоса Коменского *Orbis sensualium pictus* — “Мир в картинках”. Это произведение позволяет не только познакомиться с оригинальными педагогическими приемами великого чешского мыслителя-гуманиста, но и получить удовольствие от разглядывания гравюр с латинскими описаниями.

Хронологический принцип построения Хрестоматии подводит нас к поэтическим, риторическим и эпистолярным опытам в латинском языке деятелей российской культуры — Феофана Прокоповича, Ломоносова, Корша, Зенгера, Цесюлевича, Боровской и Васильевой.

И, наконец, последний раздел знакомит с попытками сочинять латинские стихи и прозу в наши дни.

А начинается Хрестоматия с учебных текстов *Orbis Romanus pictus* (“Римский мир в картинках”), представляющих рассказы по Титу Ливию о легендарном периоде истории Рима, а также о дальнейшей истории этого государства вплоть до его падения в конце V в. н. э. *Orbis* хорош и полезен тем, что позволяет уже на ранних стадиях изучения грамматики читать интересные зарисовки из жизни древнего Рима.

Я надеюсь, что ученики, изучавшие латынь по нашему пособию, окажутся достаточно подготовленными к восприятию латинских текстов разных стран и эпох, поскольку все разделы Хрестоматии так или иначе уже рассматривались в рассказах-приложениях трех частей учебника “LINGUA LATINA”.

Конечно, учащиеся школы вряд ли прочитают ВСЮ Хрестоматию от корки до корки. Хрестоматия на это и не рассчитана. Мы стремились дать максимально широкий спектр латинских текстов на выбор учителю и ученикам: кто-то остановится на античной литературе, кого-то увлечет библейская латынь, а кому-то будет интересно познакомиться с современной латынью... Впрочем, оптимальным, на мой взгляд, использованием Хрестоматии будет знакомство с отдельными произведениями из всех разделов Хрестоматии, ведь цель (как и название!) нашего курса — это ВВЕДЕНИЕ в латинский язык и античную культуру как основу европейской цивилизации.

При почти полном отсутствии в отечественной литературе собраний латинских текстов настоящая Хрестоматия может оказаться полезной и для студентов высших учебных заведений, где преподается латынь.

Поскольку Хрестоматия может использоваться и при изучении латыни по другим учебникам, в ней помещены также произведения, уже публиковавшиеся в уроках I—III частей нашего пособия.

Что же касается формы подачи латинских текстов, то я не стал унифицировать правила правописания, применявшиеся при издании того или иного латинского произведения; такая унификация особенно противопоказана при передаче архаичных, эпиграфических или средневековых текстов, где эти правила могли существенно отличаться от классических. Этот принцип относится

и к букве j, которая в некоторых изданиях не признается и передается как i.


Для работы с Хрестоматией рекомендуется использовать латинско-русские словари И. Х. Дворецкого (3-е издание 1986 г.), А. М. Малинина (1952 г.) или О. Петрученко (М., 1994 г. — репринт дореволюционного гимназического словаря). Филологические и исторические комментарии к помещенным в Хрестоматию текстам публикуются отдельно в связи с ее большим объемом.

Помимо небольших хрестоматий, приложенных почти к каждому вузовскому учебнику латыни, следует указать на три книги, которые были весьма полезны при составлении настоящей Хрестоматии и которые можно рекомендовать для дополнительного изучения: С. Кондратьев и А. Васнецов *Aula linguae Latinae*. Книга для чтения по латинскому языку. М., 1950; Хрестоматия латинских текстов средневековых авторов. Под ред. В. С. Соколова и Д. А. Дрбоглава. М., 1956; К. П. Полонская, Л. П. Поняева. Хрестоматия по ранней римской литературе. М., 1984.

Автор выражает свою искреннюю благодарность М. Л. Гаспарову, взявшему на себя труд ознакомиться с содержанием Хрестоматии и предложившему целый ряд ценных дополнений. Весь проект — от идеи до подбора авторов — рождался и осуществлялся при самом активном участии Н. И. Щавелевой, которой автор сердечно благодарен за сотрудничество.

Книга посвящается моему университетскому учителю, замечательному латинисту Николаю Алексеевичу Федорову.

И последнее: “Если тебе что-то покажется несколько трудным для понимания”, то... прислушайся к совету Цицерона, процитированному ниже:



Si tibi quaedam videbuntur obscuriora,
cogitare debebis nullam artem litteris sine
interprete et sine aliqua exercitatione
percipi posse.

Cicero, Fam. 7.19

I. ORBIS ROMANUS PICTUS

CHRESTOMATHIA LATINA IN USUM TIRONUM SCRIPTA

РИМСКИЙ МИР В КАРТИНКАХ НАЧАЛЬНАЯ ЛАТИНСКАЯ ХРЕСТОМАТИЯ

Orbis Romanus pictus заимствован из знаменитого гимназического пособия А. Адольфа и С. Любомудрова, которое к 1914 г. выдержало восемь изданий. После революции “Римский мир в картинках” был приведен в некоторых пособиях по латинскому языку для студентов-заочников, подготовленных А. Н. Поповым, в несколько измененном виде: были выброшены некоторые тексты о христианах, о религии у древних римлян, упоминание рождения Христова в латинском тексте заменялось на указание “нашей эры”, были добавлены некоторые пассажи о “революционной роли рабов” и значении восстания Спартака. В таком же виде некоторые части текста были помещены в школьном латинском учебнике С. Кондратьева и А. Васнецова 1948 г. В нашем переиздании мы возвращаемся к первоначальному тексту Orbis, учтя, впрочем, и некоторые удачные поправки А. Н. Попова.

Orbis состоит из двух частей. Первая содержит зарисовки из жизни древнего Рима и описание войны Рима с Карфагеном. Очерки и рассказы Второй части повествуют о ранней легендарной истории Рима в соответствии с традицией, известной нам по трудам Тита Ливия, затем рассказывают о реальной истории Рима вплоть до падения Римской империи в конце V в. н. э. Грамматический материал, использованный в этих очерках, усложняется от первых уроков к последним, давая возможность уже довольно рано (по нашему учебнику со II Части) начать читать Orbis в качестве домашнего чтения.



ЧАСТЬ ПЕРВАЯ

I


НАЧАЛО, ВЕЛИЧИЕ И ПАДЕНИЕ РИМА

Roma condita est in Latio, in sinistrā ripā fluvii Tibēris saecūlo octavo ante Christum natum. Initio parvum oppidum fuit; incōlae in casis, per tumūlos disiectis, habitabant; non altus murus praesidio erat. Victus asper fuit: rustica negotia erant praecipua, praeterea perpetua bella cum finitīmis popūlis Latii imminebant.



Sed brevi popūlus Romanus finitīmos superavit. Deinde, victoriis superbus, non solum cum popūlis Italiae, sed etiam cum popūlis aliarum terrarum bellabat. Tum res publica Romanorum praecipue floruit: victoriae ubique exercitus Romanorum ornabant, domi cives patriae bono serviebant, — et multa exempla constantiae et fidei historia popūli Romani nobis servavit. Paulo ante Christum natum popūli totius fere terrae, tum notae, imperio Romanorum parebant.

Sed potentia et res secundae popūlo Romano nocuerunt. Nam undique, etiam e longinquis terris, comportatae divitiae Romam compleverunt. Aurum et argentum luxuriam creaverunt et animum popūli molliverunt. Iam victus asper non placebat, et pulchra aedificia tum Romam ornaverunt; iam non agricultura et bella, sed desidia et magnifici ludi Romanos delectabant. Iam apud popūlum res privatae plus, quam publicae valebant. Etiam tumultus urbani saeviebant.



Ita paulatim res publica perniciiei appropinquabat. Victi popŭli alii post alios rebellabant et domĭnos suos terrebant.

Denique saecŭlo quinto post Christum natum Germani cum aliis barbăris Romam vastaverunt et imperium Romanum deleverunt.

Etiam nostris diebus Roma magna et pulchra est, sed praecipue clara est memoria Romae antiquae. Et multae reliquiae antiquorum aedificiorum et templorum praeteritae gloriae monumenta sunt.

II

РЕЛИГИЯ ДРЕВНИХ РИМЛЯН

Vetĕres Romani unum verum Deum ignorabant et multis deis supplicabant. Dei fuerunt domĭni naturae et rerum humanarum: alii in caelo, alii in terrā, alii in aquā habitabant.

Dei, incōlae caeli, primum locum inter deos tenebant; summum autem imperium Iuppĭter habuit. Is domĭnus totĭus mundi fuit; eum etiam dei timebant et ei parebant; eius potentia immensa erat.


Romani in Capitolio, alto loco Romae, magnificum templum ei aedificaverunt. In eo templo statua dei erat. Apud aram victĭmas mactabant. Ita in rebus adversis iram dei placabant. Nutum eius per auguria divinabant; id popŭlus viris peritis mandabat.

Praeterea Vestae deae supplicabant. Sub praecipua tutela eius vita domestica fuit, et ob eam causam in domĭbus Romanorum arae eius fuerunt. Ei in multis locis rotunda templa Romani aedificaverunt.

Fuerunt etiam dei infĕri. Ei sub terrā habitabant. Ad eos anĭmae mortuorum migrabant. Regnum eorum obscurum et plenum tristitiae erat. Reditus ab eis nullus fuit. Eis nigros tauros mactabant Romani.

III

ДОМА БОГАТЫХ РИМЛЯН



Romani, postquam luxuriam adamaverunt, magnificas domos sibi aedificaverunt.

Domus eorum non multas et parvas fenestras habebant, sed magnam lacunam in medio tecto. Per eam pluvia complebat impluvium, in solo factum. Ante ianuam erat vestibulum, post ianuam ostium cum cella ostiarii.


Ex ostio introitus erat in magnum et latum atrium, ubi servi et amici mane salutabant dominum et familia interdium habitabat.

Erat in atrio focus, locus sacer, ubi tota familia deis domesticis sacrificabat.

Ornatum erat atrium avorum simulacris, e cerā factis; columnae portabant tectum.

Circum atrium sita erant cubicula et triclinia, ubi cenabant, cellae denique servorum.

Post domum saepe hortus fuit.



IV

ОБЩЕЕ ОПИСАНИЕ РИМА

Roma ob virtutem civium, ut antea commemoravimus, cito floruit et septem montes occupavit. Totum id spatium valido muro Romani muniverunt. Is per multa saecula urbem ab hostibus defendit. Saeculo autem tertio post Christum natum novus murus magni circuitus

aedificatus est. Eius reliquiae etiam nunc restant. In muro turres eminebant. Per multas portas, in muro factas, viae in omnes partes Italiae ex urbe ducebant. In mediā fere parte urbis fuit arx Capitolium cum multis deorum templis. Iuxta, in valle, inter montes sitā, Forum Romanum iacebat, ubi magistratus ius dicebant et tabernae mercatorum erant. Is locus paulatim multis et pulchris aedificiis publicis ornatus erat. Inde viae per totam urbem discedebant. Ex eis una, Sacra via, recte in Capitolium ducebat. Ab altērā parte Capitolii flumīni Tibēri adiacebat campus Martius, ubi cives de rebus publicis consilia habebant. Postea ibi magnifica aedificia, theatra, templa aedificata erant. Inde despectus erat in flumen Tibērim et insulam, in eo sitam.



V

СОСЛОВИЯ В РИМЕ

Romae libēri cives et servi erant. Libēri cives in negotiis publicis totum fere diem consumeabant, Forum et alia loca frequentantes, in servos autem omnes difficīles labores imposīti erant. Tamen etiam cives non omnes inter se pares fuerunt. Nam eis, qui claros maiores habebant, via ad omnes honores patebat; nomen eis erat patricii. Reliqua autem civium multitudo, quae nomen plebis habebat, minus in re publicā valebat; inter eos multi mercatores et opifīces fuerunt.

Erat apud Romanos vetus mos, quo homīnes pauperiores patronos sibi inter nobīles sumebant et eorum fidei se commendabant. Patronus clientes suos — id autem nomen habebant — in iudiciis defendebat, praeterea cibo aut pecuniā eos adiuwabāt; clientes patrono in rebus adversis multa officia praestabant; quin etiam quotidie mane domīnum salutabant et in Forum eum deducebant. Quo plures clientes patricius habebat, eo magis inter cives valebat.

Erat etiam inter liberos cives et servos vestitus discrimen. Nam servi modo tunicam, liberi super tunicam togam induebant. Toga erat insigne civis Romani.

VI

КЛИЕНТЫ У ПАТРОНА

Mane erat. Tamen omnes viae urbis Romae iam hominum plenae erant, quorum alii in Forum, alii in Capitolium properabant. Interea ad magnificam domum Marci Aurelii Cottae, nobilissimi et ditissimi viri, turba clientium convenit. Nonnulli eorum diu in vestibulo servum Davum exspectabant, qui quotidie ianuam aperiebat et clientes ad patronum admittebat.

Tandem servus venit et, ad clientes conversus, interrogavit: "Omnes venistis"? — "Omnes hic sumus, iam diu te exspectamus". "Intrate; iam tempus est salutare patronum vestrum". Tum clientes alius post alium in atrium intraverunt, ubi dominus in sellā sedebat.

Clientes. "Salutamus te, rex noster".

Patronus. "Gratias vobis ago. Et tu, Tite Vorene, venisti! iam audivi de calamitate tuā".

Vorenus. "Heu me miserum! tunicam incendio domus mea deleta est; omnia bona mea amisi. Nunc auxilium tuum imploro; nam tu solus spes mea es".

Patronus. "Noli dolere, Vorene! Ecce sume pecuniam, quam tibi iam paravi. Et tu mihi comitiis instantibus suffragia comparabis".

Clientes. "Maximas tibi gratias agimus, optime domine! Quem nostrum tu non iuvisti, quem in periculis non servavisti"?



Patronus. "Id est officium meum. Et vos mihi saepe utiles fuistis et olim eritis. Sed valet, iam me negotia publica in Forum vocant".

Interea octo validi servi lecticam ad vestibulum apportaverunt. Dominus, e domo egressus, in eam ascendit. Clientes lecticam cingunt et unā in Forum procedunt, obviam turbam dimoventes.

VII

ГОСУДАРСТВЕННОЕ УСТРОЙСТВО РИМА

Romani initio reges habuerunt, qui ad arbitrium suum civitatem regebant. In rebus gravioribus reges convocabant consilium, quod ex viris clarissimis et sapientissimis constabat. Nomen ei consilio senatus fuit. Sed ob nimiam unius regis superbiam Romani eum ex urbe expulerunt. In eius locum populus duos consules creavit et eis totum id imperium, quod antea reges habuerant, mandavit. Ex eo tempore populus quotannis consules creabat. In manibus eorum summa potestas in pace et summum imperium in bello erat. Ei inter alios magistratus insignibus imperii eminebant; nam, cum in publicum procedebant, duodecim lictores cum fascibus eis praecedebant.



Ut antea reges, sic tum consules senatum convocabant, cuius curae populus res sacras, pecuniam publicam, belli pacisque consilia mandaverat.

Ipse autem populus magistratus creabat, in gravissimis causis ius dicebat, leges iubebat; ad eas res comitiis in campum Martium conveniebat.

Talem formam res publica Romanorum per quinque fere saecula servavit. Paulo ante Christum natum principatum obtinuit Augustus, qui fuit primus imperator Romanorum.



VIII

ЗЕМЛЕДЕЛИЕ КАК ГЛАВНОЕ ЗАНЯТИЕ РИМЛЯН

Apud vetēres Romanos primis rei publicae temporibus agricultura in magno honore fuit. Agrum saepe populus ei donavit, qui fortiter cum periculo vitae pro patria pugnaverat. Id fuit maximum virtutis praemium. Cives ipsi arabant; etiam clarissimi duces ab armis ad aratrum accedebant, interdum senatus duces ab aratro ad bellum vocavit. Tum plures cives ruri, quam in urbe habitabant, parvo agro contenti et libenter molestias vitae rusticae tolerantes.



Sed postquam divitiae et luxuria mores mutaverunt, cives Romani agriculturam neglexerunt. Tum omnia opera rustica in servos imposuerunt. Nonnulli ingentia praedia habebant, in quibus magnus numerus servorum agros colebat. Tamen frumentum, quod in Italia proveniebat, multitudini hominum iam satis non erat. Itaque incolae aliarum terrarum, praecipue Siciliae et Africae, id supportabant.

ПРИГЛАШЕНИЕ НА ДАЧУ

Horā fere nonā, cum cives iam e Foro domos properabant, in Sacrā viā duo homīnes convenerunt, Gaius Cornelius Gallus, nobīlis Romanus, et Sextus Rutilius Rufus, amicus eius.

Gallus. "Salve, Rufe! Ut vales, amice carissīme?"

Rufus. "Ut vides, Galle. Sed sol vehementer urit; vix calorem eius tolēro, a quo hic in urbe perfugium invenio nullum".



*Улица в древнем
римском городе*

Gallus. "Valde me tui misēret. Ego iam diu in villam migravi et in urbem modo tum venio, cum me negotia vocant. Hodie domum propēro. Maxīme me delectabis, si mihi comes eris".

Rufus. "Gratias tibi ago. Otium rusticum valde recreabit me, urbano tumultu fatigatum".

Gallus. "Iucundissīme ibi tempus consumemus. Ostendam tibi villam meam. Placebit tibi, ut spero. Itāque hodie, sub occasum solis, ad portam Capenam veni; ego te cum reda exspectabo. Equi mei celēres sunt; ad noctem in villam veniemus. Nunc vale!"


ДАЧА БОГАТОГО РИМЛЯНИНА

Horā constitutā Rufus ad portam Capenam venit, ubi Gallus iam eum exspectabat. Ascenderunt in redam, et equi, a redario perito incitati, celeriter viā Appiā cucurrerunt. Post tres horas ad villam pervenerunt, et, quia nox erat, dormitum discesserunt.

Mane, cum Rutilius dormiebat, intravit ad eum Gallus et: “Surge”, inquit, “amice: iam hora diei tertia est; surge! Ducam te per villam meam; videbis multas res, quae tibi, urbano homīni, ignotae sunt”.

Post unam horam amici iam in horto fuerunt, qui domui adiacebat. Multa ibi admirationem Rufi moverunt: lacus pleni rarissimorum et mansuetorum piscium, vivaria, ubi erant multa genera bestiarum, quae ex Asia et Africa advectae erant; praeterea arbores, pulchre circumcisae et ordinibus consitae, denique statuae deorum et dearum, e marmore factae.

“Quam felix es, Galle!” clamavit Rufus, admirationis plenus: “nihil simile vidi neque videbo. Tam magnifica omnia sunt!”



Respondet Gallus: “Gratum mihi est, quod omnia tibi placuerunt. Cras aliam voluptatem tibi praebebo. Videsne silvam, procul iacentem? Sunt ibi multi apri, qui agris meis plurimum nocent. Itaque venationem instituemus et unum vel alterum necabimus. Sed hora cenae appropinquat; fames iam diu domum vocat”.

XI

OXOTA HA КАБАНА

Postēro die venatores, venabūlis armati, ad silvam convenerunt. Ibi iam multi servi erant, quorum alii plagas tendebant, alii cum canibus bestias investigabant.

Gallus et Rufus prope plagas locum occupaverunt et expectabant aprum, parati eum ferire. Subito canes latratu et venatores clamoribus silvam compleverunt. "Attentus es, amice", inquit Gallus, "appropinquat bestia; protinus eam videbimus".

Dum hoc dicit, procurrit aper, irruit in plagas, rumpit eas, furibundus ipsum Gallum petit. Iam eum terribilibus dentibus vulnerare parabat, sed eo ipso tempore Rufus aprum venabulo ferit. Is cadit. Iacentem canes cingunt. Accurrunt venatores. Aper, vulneribus confectus, animam efflavit.

Vespere Rufus, vitā rusticā delectatus, Romam revertit.

XII

ГЕОГРАФИЧЕСКОЕ ОПИСАНИЕ ДРЕВНЕЙ ИТАЛИИ

Italia ab Alpibus longe in mare procurrit, quod nunc Mediterraneum appellatur. Multo plus in longitudinem, quam in latitudinem tenditur. In medio erigitur mons Apenninus; is, perpetuo iugo per totam fere paeninsulam currens, in duos quasi ramos dividitur. Flumina sunt non multa; inter ea notissima sunt Padus et Tibēris. Tibēris ex Apennino profluit, deinde multis rivis augetur et, fere e medio ad navigationem idoneus, lato ostio in mare influit. In sinistra eius ripa, ut antea diximus, Roma vetus sita erat.

Italia iam ab antiquis temporibus ob amoenitatem locorum laudatur et praecipue ob salubritatem caeli, quod mari propinquo mollitur. Sed felicissima Italiae regio est Campania. Pulcherrimae ibi vites et olivae gignuntur; mare omni genere piscium abundat; ora maritima multos habet portus; ibi olim villae divitum Romanorum fuerunt. Pulcherrimus est sinus Neapolitanus, ad quem Neapōlis sita est, urbs iam antiquis temporibus celeberrima. Prope eam urbem mons Vesuvius erigitur, ignes efflans. Primo post Christum natum saeculo eruptione eius duae urbes obrutae sunt, quae temporibus nostris cum maxima curā eruuntur.

Parvo freto ab Italiā Sicilia dividitur. Insula olim fertilitate agrorum clarissima fuit et a scriptoribus Romanis saepe horreum rei publicae appellata est. Ibi quoque mons est, ignes efflans; nominatur Aetna. Urbs notissima Siciliae fuerunt Syracusae.

Конец ознакомительного фрагмента.

Приобрести книгу можно

в интернет-магазине

«Электронный универс»

e-Univers.ru